



SYRUPI COMPOSITI PURGANTES.

SYRUPUS DE ROSIS PALLIDIS CUM SENNA ET AGARICO.

Rx. Infusionis Rosarum pallidarum quater repetita &
defœcatae libras octo.
Foliorum Sennæ mundatorum uncias quatuor.
Agarici electi & incisi uncias duas.
Seminis Anisi contusi unciam semi.
Zinziberis drachmas duas.
Tartari albi contusi unciam semi.
Fervefiat prius senna cum tartaro. Tum infundatur
agaricus cum semine anisi & zinzibere per horas viginti-
quatuor. Colatura subinde fiat cum expressione, cui adde
Sachari albi libras quatuor.
Clarifica. Coque in Syrupum.

SYRUPUS DE CICHORIO.

Rx. Radicum Cichorii sylvestris uncias quatuor.
Taraxaci,
Graminis, ana unciam unam semi.
Foliorum Cichorii sylvestris uncias sex.
Agrimonii,
Lactuæ,
Taraxaci,
Fumariæ,
Lupuli, ana uncias tres.
Scolopendrii,

Polytrici,
Adianthi nostratis,
Cuscutæ,

Baccarum seu fructuum Halicacabi, ana uncias duas,
ecque in aqua libris viginti,
ad libras duodecim. In colaturâ dissolve

Sacchari optimi libras sex.

Clarifica, & coque ad consistentiam mellis spissioris. Tum

Rx. Aquæ stillatiæ Cichorij libras octo.
In quâ infunde, vase clauso, Balneo Maris, per viginti-
quatuor horas.

Rhei electi minutim effracti uncias octo.

Santalæ citrini,

Cinnamomi, ana unciam semi.

Colatura fortiter expressa addatur prædicto syrupo, eique
exquisitè misceatur, & igne lento perquoquatur in Syrupum.

SYRUPUS DE POMIS.

Rx. Foliorum Orientalium mundatorum uncias octo.
Seminis Fœniculi unciam unam.
Caryophyllorum drachmam unam.

Infunde per diem solidum in

Succorum Pomorum redolentium libris quatuor.

Borraginis,

Buglossi depuratorum, ana libris tribus.

Postea semel aut bis fervefiant. In expresso colato, & cla-
rificato dissolve

Sacchari optimi libras quatuor.

Coque in Syrupum.

SYRUPUS

SYRUPUS MERCURIALIS,

VULGO *Syrop de langue vie.*

Rx. Succorum Mercurialis libras duas,
 Borraginis,
 Buglossi, ana libram semi.
 Radicum Ircos nostratis uncias tres.
 Gentianæ uncias duas.
 Mellis optimi albi libras sex.
 Vini albi libram unam semi.

Radices contusæ maccrentur in vino albo per viginti-
 quatuor horas.

Cola. Liquetur mel, & succis misceatur; factâque levi
 ebullitione, cola per Manicam. Ambo liquores simul per-
 mixti coquantur in Syrupum.

SYRUPUS MAGISTRALIS ASTRINGENS.

Rx. Rhei electi tenuiter concisi unciam unam semi.
 Santali citrini,
 Cinnamomi, ana drachmam unam.
 Myrobalanorum citrinarum unciam unam.

Macerentur per duodecim horas supra cineres calidos in
 aquæ Plantaginis libris duabus.

Cola. Tum

Rx. Rosarum rubrarum exsiccatarum uncias duas.
 Balauftiorum unciam unam.
 Succorum Berberis,
 Ribesiorum, ana uncias quatuor.

Macerentur per duodecim horas supra cineres calidos in
 aquæ Rosarum libris duabus.

Fiat colatura cum expressione. Ambæ colaturæ simul mix-
 tæ cum

Sacchari albissimi librâ unâ semi,
 coquantur secundum artem in Syrupum.

G